

bio *Uapryes*; ab *Herodoto Apryes* dictus ab *Amasi* captivus asservatus, & ab *Aegyptiis* tandem strangulatus est.

Exhibentur igitur hîc duo L. C. (1) est de *Veritate ac certitudine doctrinae Propheticae*, quæ vel inde apparet, quod *Jeremias* fatum istud 13. annis, antequam contigit, hoc loco prædixit. (2) est de *vindicta*, quam *DEUS* sumere consuevit à persecutoribus *Ecclesiæ* & *Ministorum* ejus: A Rege enim *Aphrye Jeremias* interfectus esse scribitur.

Ἀξιωμασιόντα:

1. Τα λεξικά.

1. Nomina Urbium *Aegyptii*. 2. Idololatria malum grande adversus animas hominum. 3. *Melecher* idolum. 4. Facies *Domini* posita adversus impios. 5. Panis, pro iis rebus, quæ ad cultum & victum corporis pertinent. 6. Quærere animam idem quod insidiari vitæ. 7. *Aphryes* Rex *Aegypti*.

2. Ἰα γνωμικά.

Observatione digni sunt vs. 4. 11. 16. 17. 18. 26.

3. Ἰα δημηγορικά.

Reqvirit istud caput 3. Conciones, quarum 1. ex 1. 2. ex 2. 3. ex 3. ejus parte habenda. Pertinet illud caput ad *X. Dom. Trin.*

CAPUT XLV.

Ordo.

2.1. **H**Æc ad *Baruchium* concio habita est anno 4. Regis *Jojakimi*, sicut ex 1. cap. versic. manifestum evadit, Hîc verò ἐπισημασμένον quasi loco tanquam ἐπισημασμένον attexitur sub finem concionum, quas *Propheta* ad populum habuit *Judaicum*.

Argumentum capitis.

Est concio consolatoria perturbationi *Baruchi* amannensis *Prophetae*, sibi suæq; vitæ in communi rerum discrimine gravissime metuentis opposita. Est proinde caput istud totum ἐπισημασμένον, Et hîc Trost. Prediq.

Partitio capitis.

Partes capitis due constitui possunt. In (1) querela *Baruchi* usq; ad vs. 4.